

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 47.

Politica Eventa.

Ex mundo superiore.

Elysiu-Meum.-Die Veneris 6. Julii. 1810. (Noo. 12, Jun. 1310.)

Politica Nova hodie Parisiis solum, Londino, ex Hispania, & Turcia peti expectarique possunt. Turciam quod attinet, publicæ paginæ hæc memorant:

Constantinopoli 8. April. (Ex privatis literis) Unum argumentum, quod anxios nos reddit, in stomacho cubat, defectus utpote frugum. Quotidie ad tabernas pistorum cædes patratur, cuique pane potiundi fortuna obtigit, ob vilitatem eum manducare non licet. — Solis Anglis id culpæ dandum, coemunt ii in Aegypto, Syria & Macedonia triticum, Melitenque advehunt; quo fit: ut odio & execrationi Incolarum pateant.

Eadem conditio urbi Smyrnæ — quæ nuper admodum fruges ex Archipelago advehendas curabat, verum Anglicana Cervetta vectorias sub vexillo Turcico naves ad portum Smyrnensem iavasit, adprehendit, & seu opima spolia declarabat — imo eo temeritatis Angli progressi, ut spolia hæc Smyrnam attulerint, fruges ibi vendituri — at plura

legibus Anglicanæ Admiralitatis haudquam teneri se existimans, violente naves, & fruges Britannis eripuit, interque se distribuit.

De 24. April. His diebus Pera in magnum terrorem conjecta est. Ortum incendium exitium minabatur, & reapse tertia urbis pars in lamentabile bustum versa est.

Jam jam Gallici legati ædibus fatalis flamma impendebat, & nonnisi adventu Pro Præfecti Urbis (Kaimakani) ejus sedula moderatione & extimulatione laborantium, discrimini eripi potuit. Terror Incolarum tanto major erat, quod novi tumultus, & tragici actus a Janitaris metuerentur — hæ Portæ nunquam non periculose copiæ, paullo ante quibusvis excessibus indulgebant, ut nemo ab iis securus fuerit, quo factum est, ut cædi incolæ palam in eos incurgerent. Regimen hoc animorum statu in rem suam usum occasionem dedit eos armis exuendi maxima cum alacritate, & plures encaedos jussit, publice cædi quemque ultra licentiæ vacantem admittens. Quo factum ut publica quies adeo restituta, ut quamquam incendium effectus vindictæ eorum censeretur, eo nihilominus durante nullum prioris periculosi tumultus animadverteretur vestigium.

Amstelodamo die 8. Junii. Adjunctorum nostrorum ratio continuo eadem est — regimen solenter rei ærariæ vacat.

S. M. Rex continuo metropoli immoratur, quot hebdomadis publicos aditus ad se indulget, valetudine sat prospera utitur. —

In nationali *fundo* nulla mutatio locum habet, novæ ærariales operationes expectantur. — Ex 1. h. m. Gallici ærariales Officiales apud nos morantur. —

His diebus seqv. Decretum apud nos promulgatum est."

„Cuivis hisce notum redditur, quævis nefors mercium depositoria, quæ in distantia 2000—3000 decempedarum ab ora maris reperirentur, intra 14 a die hujus promulgationis dies sub præsidio intraregnænearum passualium litterarum, vigore Regii de 24. Maji 1810 Decreti evacuanda esse." —

Numerus operarum militarium Antverpiæ in ejate Fabrica navali ad 4000 censeatur, ejatesque præsidarii 6500 viris augmentur, e regione munimenti pons Soaldi superstruendus fertur.

Rex noster gentis & liberæ ejus consistentiæ Sotir factus est — ab omnibus amatus, coliturque, quippe argumentis probavit, nostris se rebus affici, & decenti ratione nos considerare.

Sortis nostræ facillior ratio revocatione offensive agendi rationum Angliæ adversus Galliam conneditur. — Multo alias de spiritu regiminis hujus rationes nos fovere oporteret, si persuadere nobis possemus, hoc ulle unquam tempore ansam salutis aut levioris rationis patriæ nostræ effici posse. Notum satis est: Angloanum regimen decreta sua sola Monopolii sui utilitate definire, *Huc fiat satis & — pereat mundus — id est: Contingens*

Europæ — reliquarum orbis partium securs est, imo uberem in iis compensationem reperit. Hæc cordi sibi sumant qui Anglos occasione pacis tractandæ præcipuam nostri rationem habituros autumant.

Anglis 8 naves ex Delfzyl venientes adprehenderunt.

Ex novissimis per Galliam Londino de 18. Maji nunciis intelligimus: deputationem Mercatorum Collegium Commerçii honoris ergo adivisse, ibique iis declaratum: ex parte Angliæ facultatem datam navibus ad oram Emsam inter & Boioniam, Doppam item & Nannetum sitam destinatis, quæ usque 10. Nov. valitura. — Profecto mira licentia! —

Politica Somnia.

Majores Continentis Potentiæ, quas inter Austria, causa seriè reditus sui ad pacifica consilia, tam solenni, qualis arcta conjunctio cum summo Galliarum Imperante, ratione probavit, opinione prius eminentem locum adeptæ est; in inturbata consensione adeptato Systemati suo in hærent, utpote: solida mutua consensione citius aut tardius orbi durabilem pacem procurandi.

Arcto Domus Austriacæ cum Galliæ Imp. nexu severitatis systema aulæ gallicæ erga Austriam multum mitigari oportuit, quippe: cum id nunquam Austriæ oppressionem intenderit, solum usque ea hostilem erga Galliam directionem habebat, eam nocendi impotem efficiendi, jam nunc adeo perspicua reconciliatione, quæ nullam dubium amplius soliquere potest, secuta, in Gallico Secrete

Conclavi naturalis Politica revertitur: Austriam pro bono culti orbis necessariam præponderantem in oriente Europæ potentiam conservandi.

Verum quævis emolumenta, quæ Gallia nunc jam huic Statui ceu argumenta faventis animi sui impertire cuperet, massam illius miaueret, quod veterioribus Galliæ federatis ut merces præstitorum utilium servitiorum dudum jam destinatum erat.

Hoc quidem solum argumentum tractationum Parisiis haud fuerit, in quibus nonnullæ notabiles personæ nomine exterorum Principum partem capiunt; fieri potest: ut eadem occasione aliud negotium majoris multo indaginis pertractetur, utpote: definitio relationum, in quibus deinceps Caput magni Imperii ad singulas ejusdem partes consistendum habeat, denominatioque, qua hæ relationes insigniendæ sint, etenim: quamquam materiale illius Imperii solidum & inconcussum sit, desunt nihilominus adhuc formæ quæ ei externam vim indendam habent.

Bellum singulares partes imperiose coegit, at pax coherentiam earum firmare, & totius consistentiam sanctione munire debet.

Politicas Portæ rationes quod attinet, earum complanationis, cum ejus annihilatio pro hoc rerum articulo non quidem ad dominantem Europæ Politicam necessario pertinereat, ex altera parte Ottomanis nihil minus quam occupationum avidi sunt, nec quidpiam adversaretur — verum cum duæ nobilissimæ

eius provinciæ prævisæ Russiæ addictæ sint, Turcæ vero præsens usque, in ratione militari prorsus non ad angustias redacti sint, utique benevola cæssio harum provinciarum paulo dura prætensio est a purpuratorum Collegio (Divano).

Contra Russia in hoc negotio Gvarantia promissa tertiæ cujusdam potentis æpem suam fulcire posset, quo facile evenire posset, cum primis cum Porta sola per suam cum Angliæ nexum Systemati Continentis adversetur, ut in bellum negotium desinat, quo massa reparandorum Galliæ inter Foederatos emolumentorum multum augetur — in quibus eotum Austria maximam partem obtineret.

Fortassis tunc nova Compensationis massa oriri posset, pro principibus decursu novissimarum conversionum ditionibus orbatis, aut qui per ineundas porro provinciarum coordinationes orbari possent, quo unus obex universalis pacis amoveretur — hæc hodie harriolationes cujusdam scrutatoris politici orbis.

G a l l i a.

Proximo diei Solis (10. h) sex carpenta adparantur, quarum Cistæ undequaquam vitro constant, ut nullas prorsus cavitates habeant; præsto quoque est argentea utensilium supellex qua dentiscalpia mensæ adponuntur; præfert ea herinaceam cujus spicula dentiscalpia efficiant pro labitu ex cavitatibus extrahilia.

Monitor de 9. b. Londino hæc memorat, Classis suppetias copiarum commeatusque in

Portugalliam Gadesque ferens die 30. Maji Porthmutho solvit. — Sequens Jëssum omnibus militaribus in Anglia Cohortibus præledum est." Diversi male affectis scriptis & seditiosis consiliis viros, in stipendiis Suae Maj. merentibus in transversum agere, & ad seditionem excitare ausi sunt. Lege Parliamentari statutum ideo est: ut id genus Succentores, ubi Jure convicti fuerint, Feloniæ seu Criminis læsæ Majestatis rei declarentur, & supplicio extremo afficiantur. —

Ad Statisticam R. Vestphaliæ.

Regnum hoc 15 Salinas complectitur, quarum plures inter præstantissimæ qualitatis in hoc genere censendæ sunt. Efficiunt eæ præcipuum ærariæ administrationis ramum. Iam hodierno in statu suo largiuntur, computatis invicem annis 35,521 onera (singula in 3240 libris computando) seu 1,154,120 Cent. Salis, e quibus 314,000 intra regnum consumuntur, reliqua pars externo activo, quod admodum amplum est, servit Commercio.

Tota summa in omnibus Salinis annue efficit 1,630,611 Imp. erogationes 943,097 Imp. proin effossionis valor efficit 687,514 Imp. seu 2,670,993 Francos.

Ex his Salinis Sulbeck, Flanke pone Salshedenam, Salzliberhalla, & Julius-halla pertinent ad Districtum Harz. — Schönebeck Straszfarth, Halia, Schoninga, & Salzdatum, distr. Albis — Carlohaven, Soeden penes

eius provinciarum praevis Russis addictae sint, Turcae vero praesens usque, in ratione militari prorsus non ad angustias redacti sint, utique benevola cessio harum provinciarum paulo dura praetensio est a purpuratorum Collegio (Divano).

Contra Russia in hoc negotio Gvarantia promissa tertiae cujusdam potentiae spem suam fulcire possit, quo facile evenire possit, cum primis cum Porta sola per suum cum Anglia nexum Systemati Continentis adversetur, ut in bellum negotium desinat, quo massa reparitorum Galliae inter Foederatos emolumentorum multum augetur — in quibus eorum Austria maximam partem obtineret.

Fortassis tunc nova Compensationis massa oriri possit, pro principibus decursu novissimarum conversionum ditionibus orbatis, aut qui per ineundas porro provinciarum coordinationes orbati possent, quo unus obex universalis pacis amoveretur — haec hodie harriolationes cujusdam scrutatoris politici orbis.

G a l l i a.

Proximo diei Solis (10. h.) sex carpenta adparantur, quarum Cistae undequaquam vitro constant, ut nullas prorsus cavitates habeant; praesto quoque est argentea utensilium supellex qua dentiscalpia mensae adponuntur; praefert ea herinaceam cujus spicula dentiscalpia efficiunt pro labitu ex cavitatibus extrahilia.

Monitor de 9. b. Londino haec memorat, Classis suppetias copiarum commeatusque in

Portugalliam Gadesque ferens die 30. Maji Porthmutho solvit. — Sequens Jëssum omnibus militaribus in Anglia Cohortibus præledum est." Diversi male affectis scriptis & seditiosis consiliis viros, in stipendiis Suae Maj. merentibus in transversum agere, & ad seditionem excitare ausi sunt. Lege Parliamentari statutum ideo est: ut id genus Succentores, ubi Jure convicti fuerint, Feloniæ seu Criminis læsæ Majestatis rei declarentur, & supplicio extremo afficiantur. —

Ad Statisticam R. Vestphaliae.

Regnum hoc 15 Salinas complectitur, quarum plures inter præstantissimæ qualitatis in hoc genere censendæ sunt. Efficiunt eæ præcipuum ærariæ administrationis ramum. In hoc hodierno iastatu suo largiuntur, computatis invicem annis 35,521 onera (singula in 3240 libris computando) seu 1,154,120 Cent. Salis, e quibus 314,000 intra regnum consumuntur, reliqua pars externo activo, quod admodum amplum est, servit Commercio.

Tota summa in omnibus Salinis annue efficit 1,630,611 Imp. erogationes 943,097 Imp. proin effossionalis valor efficit 687,514 Imp. seu 2,670,993 Francos.

Ex his Salinis Sulbeck, Flanke pone Salshedenam, Salzliberhalla, & Juliushalla pertinent ad Districtum Harz. — Schönebeck Straszfarth, Balla, Schoninga, & Salzdatum, distr. Albis — Carlohaven, Soeden penes

Allendorf, Schmalkaldia, Rodenburg, Neusalzwerk & Rothenfelda ad Distr. Visurgis. Ex his Schönbeck elegantia & redditibus præstat; quippe intra annum 344,283 Imp. puri lucri dedit, Halla contra duntaxat 36,499 Imp. & Soeden 75,876 Imp. Neusalzwerk 71,651 Imp.

Multæ harum Salinarum in aditu regiminis S. M. Regis Westphaliæ partim belli partim aliorum adiutorum causa tantopere collapsæ sunt, ut præsentem florentem statum suum solerti hodiernæ aerariæ rei administrationi potissimum in aacceptis ferendum habeant.

(Hanc aerariæ fontis descriptionem is cumprimis cordi sumat oportet, qui adumbraturus quidpiam, adhæret: an objectum in capite, aut pedibus sibi adprehendendum sit.)

Nugæ Politicæ.

Vindobonæ Rochus Pumpernickel musicam mundi lucem aspexit. — Berolini — Vetter Kukuk — omnia, quo temere magis, eo melius! — Interim samitati magis conducit risus, quam fletus. — Id memoratu dignum: auctorem drammatæ: Vetter Kukuk ferri Crepidarum confectorem nomine Piper Potsdami residentem, mirum! ubi ingenium nidificet! in ipsis plane Crepidis, quibus alias mariti duntaxat homagium suum præstiterunt. —